

1455-1465m.


KXXV n. 1


1

Di XVII a. videlicet gratio vi Vilniaus vyskupystes doku-
mentu knypgoje, be pabaigos — VUB B.53/44 L. 58/a Nr. 37.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis amen.

Ne ea, quae fiunt in tempore, simul evanescant cum tem-
pore, necesse est, ut aeternitatis munimine confirmentur
solide. Proinde nos germani Michael et Joannes bonorum
paternorum adhuc indivisi, diem extremae messis consi-
derantes, salutaribus votis parentis nostri bonae memoriae
domini Nacz, quae pro sua suorumque antecessorum,
nostraque et successorum nostrorum animarum salute
voverat, salubrius occurrere cupientes, ecclesiam in villa
Losli, ad nos iure haereditario pertinente, per eundem
patrem nostrum bonae memoriae dominum Nacz fun-
datam et erectam et per reverendum in Christo pat-
rem dominum Nicolaum Sei gratia episcopum Vil-
nensem in laudem et honorem Omnipotentis Dei,
Nativitatis et Conceptionis Beatae Mariae, sancti
Joannis Baptistae et sanctae Barbarae dedicatam
et consecratam, de speciali consilio et consensu amico-
rum nostrorum donare et dotare decrevimus. Volentes
autem, ut praedicta ecclesia comode certis dotetur et





donetur stipendiis, rectorque eius parochiae sive plebanus, qui pro tempore fuerit, in eadem serviens, datis gaudeat in perpetuum emolumentis, ex quibus valeat sacius et commodius divinis insistere et colere || devotius auctorem pacis: Primo et principaliter pro eadem donamus, conferimus, inscribimus, appropriamus et incorporamus et pro rectore eius quinque homines nominibus nuncupatos Eybuth, Szoweyko, Nareyko, Rodniczyk, Weypus una cum eorum legitimis successoribus, laboribusque sive servitiis eorum, donationibus quoque modo ad eos pertinentibus, nihil iuris, proprietatis aut dominii nobis in eisdem hominibus et nostris successoribus reservando. Deinde sex familiares alias exeladzi, item quatuor boves, tres vaccas, duos equos, sex serophas, duas capras, quatuor oves et sex aucas. Deinde campum sive agrum Woykomstki dictum Przychorty in hac parte lacus iacentem, quorum camporum longitudinem et latitudinem rector eiusdem ecclesiae pro tempore existens pro sua voluntate et usu ampliare et dilatare potest. Item lacum Limino dictum una cum molendino videlicet mutniza nuncupato, in eodem lacu constructo, dempto stagno, quod pro usu nostro excipimus. Deinde manipularem decimam omnis grani in tribus curiis nostris videlicet in Sidlowisz, in Zosli et Poyathyski

! gale tunc
hinc nelyka

2
et de cell^eis nostro medium reservat mellis. Quibus
omnibus (^{superius} descriptis) rectores eiusdem ecclesiae pro tempore
existentes temporibus perpetuis uti frui et gaudere debent...^a

^a Gale priraiyta kita raska: Anno Dni 1533 4 Januarii.

M. Del formularimo plg. KSKV Nr. 224 i 227.

✓ post lacum iacentem, alium vero campum sive agrum ditum

Nr 444. II. 14d.

P. 444. III. 23dy.

